


Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and ghosting.





1626.

1. Arminius, Dominicus: Illustrum juris questionum
libri.
2. Arminius, Dominicus: De testamentis
3. Franckius, Georgius: De aestimatione rerum
debitarum
4. Inerius, Johannes: De attentatis appellatione
pendente

1627.

Inlin, Daniel: De reservationis summi & nostri
principio.

1628.

1. Formannus, Christophorus: De actibus canonice
partim jure et privilegio.
2. Inlin, Daniel: De emptione venditione
3. Rimmerus, Valentinus: Utrum, quod incapax
a testatore relictum est, pertinet ad fiscum?

1629.

1. Fritio, Daniel: De nuptiis.
2. Rolfinck, Wenerus: De melancholia.
3. Richter, Christophorus Philippus: De emptione et
venditione
4. Riemerus, Valentius: De usucapionum generalibus.

1630.

1. Formanus, Orpheus: Sylloge controversiarum
sententiarum theoreticarum - practicarum.
2. Riemerus, Valentius: De injuriis et famosis
libellis.
3. Theodoricus, Petrus: De jure divinis, Sacris Imp.
Constitutionibus promulgato.
4. Anersius, Johannes: De privilegiis rusticorum

1631.

1. Armanus, Tominius: De tributorum et collectarum
indictionibus.

2. Riemerus, Valentinus: De actionum cessione.

3. Riemerus, Valentinus: Sylloge generalis materiae probatoriae

4. Riemerus, Valentinus: De dolo.

1632.

Riemerus, Valentinus: An status et ordines Imperii in se fœdere cum invicibus . . . rege Sacciae, apertis Marte in exercitum numerosum Imperatoris, jure irruerint?

1633.

Riemerus, Valentinus: De usufructu.

1634.

Riemerus, Valentinus: Semicenturiae quaestionum celeberrimarum et difficiliorum de probationibus et praesumptionibus.

1635.

1. Annuus, Dominicus: Fasciculus . . . quaestionum ex . . . contractuum materia

1635

2. Bembeker, Jurin Philippus: De substituto notus.
3. Formanus, Octavianus: De professoribus, qui in urbe
Constantinopolitana docentes, ex lege meruerunt
Comitivam.
4. Püschnecht, Zacharius: De juramento abstinentie
fidei, quod accant in litteris.
5. Püschnecht, Zacharius: De induciis moratoris
sen rescriptis, sive litteris dilatoriis annalibus
aut quinquennialibus.
6. Püschnecht, Zacharius: De compensationibus.
7. Piemerus, Valentinus: Disputatio in unum. ~~et in unum~~
et l. 3. ff. de just et. jur.

222.

03.

35.

19

7.

SYLLOGE GENERALIS
MATERIÆ
 PROBATORIÆ.

1631, 3

Quam

D. O. M. A.

PERMISSU ET SCITU NOBILISSIMI ET
 AMPLISSIMI FACULTATIS JURIDICÆ
 COLLEGII

SUB PRÆSIDIO

Consultissimi, Excellentissimiq; Viri

DN. VALENTINI RIE-
MERIJCTI celeberrimi, P. P. Scabinatus Ad-
 sessoris dignissimi, Præceptoris & Promotoris sui omni
 observantiæ cultu pl. colendi.

Publicæ placidæq; disquisitioni
 PROPONIT

JACOBUS Seyffart / QUEDLINBUR-
GENSIS SAXO.

Ad diem Januarii

In Auditorio Jctorum horis consuetis

Anno

clō lo c. xxxi,

JENÆ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.

36.

286



SYLLOGE GENERARUM
MATERIALIUM
PROBATORUM

Summa
D. O. M. N. A.
VERMISSE ET SOLI NORIBIS MI ET
AMPLISSIMI PATRIAE JURIS
COURTIO
SUS PRAESIDIO
Consilium Ex Illustri

DR. VALENTINUS RIE-
MANNI
Jelle dignum, acceptum & rationis tot omni
obstante cum hi. colat.
tabula placida & dignissima
PROMPT

JACOBUS GOTTFRIDUS QUEDLINBUR-
GENSIS SAXO.

Ad diem Januarii
In hunc finem hanc consuetudinem

Anno
1771

JENAE

Typis Tobie Steinmanni





Amhouderum in prax. civ. cap. 157.
n. 1. probationem animam proces-
sus rectè appellâsse, satis constat li-
tigaturis istis, qui præ omnibus de
his solliciti sunt, ut intentiones suas
satis confirmare possint, ne sumtibus inanibus
se se divexent, litigando cum illis, contra quos
obtinendi spem non habent. *Vent. de Valent. in*
Parthen. litig. 1. c. 3. n. 43. pag. (mibi) 48. Omnia
enim quæ non probantur pro non gestis & non
existentibus habentur *Vvesemb. in Parat. ff. hic.*
n. 1. ac intentiones & defensiones suas non pro-
bantes, illo Pauli repelluntur, non vobis jus, sed
probatio deficit. *l. 30 ff. de testam. tut. l. fin. C. de pro-*
bat. Ergo boni viri potius tacere debent, nec in
litem vocare, quod probare non possint. *c. ple-*
rumq. caus. 2. q. 7. hinc illud:

Conturbare cave, non est placare suâve,

Diffamare cave, namque probare grave.

Propterea rectè hic titulus vocatur difficillimus
Mascard. in tr. de probat. quest. 1. n. 13. Uti non mi-
nus utilissimus, ex eo, quod neque jus neque vo-
luntas defuncti quicquam possit, ubi deficit pro-
batio. *d. l. 30. de testam. tut.* & inenarrabilem præ-
bet commoditatem, cœcis enim in foro versan-
tibus conspectum restituit, judici viam facilem,
A 2 lenem,

lenem, & apertam ad iudicandum præmunit,
 oppressis opem fert, cavillationes vanaque so-
 phismata expellit, & in causa est, ut unicuique,
 quod suum est, sartum tectum conservetur. *Mas-*
card. quest. 1. n. 1. 13. & 14. luci comparatur. d. l. fin. C.
b. t. & lumen veritatis nominatur. l. 4. C. de temp.
& repar. appell. De hac igitur difficili & utili ma-
 teria, pro ingenii modulo aliquid proponere,
 animus est, quàm in nomine Domini nostri Jesu
 Christi aggredimur. *l. 2. C. de offic. præf. Afric.*
 Ubi enim Christus non est fundamentum, nul-
 lum boni operis est superædificium. *c. cum Pau-*
lus 26. caus. 1. q. 1. quicquid igitur agimus, in no-
mine Domini incipere debemus. c. non observe-
tis. 16. caus. 26. quest. 7. Nov. 5. c. 1. Novell. 6. in fin.
præfat. Novell. 14. in fin. Nov. 109. pr. Heig. part. 1.
quest. 22. n. 25. pag. (mibi) 304.

THESIS I.

ANte omnia, priusquam rem ipsam accedamus, ne-
 cessarium duximus vocis homonymiam explicare, perspecta
 enim illa ambiguitate, rem tantò melius intelligere possu-
 mus, *arg. l. 1. ff. de J. & J. Probare autem interdum significat idem*
quod tentare, explorare, ut probare amicos, aurum. Non rarò, lau-
dare, Cic. ad Attic. Audio à bonis viris hanc cunctationem nostram non pro-
bari, ibidem: Meum factum abs te probari, gaudeo. Quandoque per-
mittere. Hor. lib. 1. Carm. Vagus & sinistra labitur ripa, Jove non probante.
Hoc vero loco sumitur, pro de re dubia fidem facere. l. 12. & passim
ff. de probat. Wesemb. in Parat. ff. h. t. n. 2. Illic. Ummius disp. 15. ad process.
iudic. n. 1.

II. Pro-

II. Probatio secundum quosdam derivatur ab adverbio probè, quia ille qui probat, & dubium manifestat, probè facit. Vel melius à nomine probò, quia probaturus id agit, ut, quod intendit, judici probum rectumvè esse, ostendat, *Duar. ad tit. de probat. c. 2. Donell. 25. comm. 1. Mascard. vol. 1. quest. 3. n. 3. Umm. d. disp. 15. num. 1. Wesemb. hïc. n. 2.*

III. Probatio est rei dubiæ, per argumenta legitima, apud judicem, facta ostensio.

IV. Ponimus REI DUBIÆ, arg. l. 1. ff. h. t. *Wesemb. hïc. n. 2.* Evidentia enim & certa, probatione non indigent. c. *evidentia. 9. extr. de accusat. c. 17. c. 15. c. 16. caus. 2. quest. 1.* & notorium non probari, sed allegari debet. *Myns. 6. obs. 3. Treutl. hïc. th. 1. lit. C.*

V. Per ARGUMENTA LEGITIMA, intelligimus omnes probationum modos, utputa testes, instrumenta &c. l. 5. C. *de fid. instr. ibi instrumentis & aliis argumentis. vid. Wesemb. hïc. n. 2. Bachov. ad Tr. hïc. th. 1. lit. A.*

VI. APUD JUDICEM, quia illi probatio facienda est, non adversario. l. *quingenta. 12. ff. h. t. ibi Gothofr. l. is apud quem. 2. C. de edend. l. si præsidi. 1. C. de reb. alien. non alienan. l. Lucius Titius. 83. ff. de condit. & demonstr. l. inter stipulantem 83. §. 1. ff. de verb. oblig. l. 1. C. de cond. ob turp. caus. Mascard. quest. 2. n. 24.*

VII. OSTENSIO, verbum hoc magis nobis lubet, quàm demonstratio, uti illic. *Umm. d. loco.* quia non semper demonstrativa & plena est, sed interdum semiplena & probabilis.

IIIX. Estque duplex Artificialis, quæ ex ipsa causa per solertiam probantis excogitatur, uti præsumptio, *Wesemb. hïc. n. 4. Rosb. in process. civ. h. t. n. 3.* Et Inartificialis, quæ ad fidem faciendam extrinsecus assumitur, cujusmodi sunt testes, instrumenta, fama, fuga. *Hillig. Donell. Enucl. 25. cap. 5. Umm. d. loc. n. 4.*

IX. Utraque est vel plena, quæ judici plenam fidem de re aliqua facit, quæ fit ad minimum per duos testes. l. *ubi numerus. 123. ff. de testib.* Item instrumenta. l. 21. C. *de fid. instrum.* per jus jurandum l. 1. ff. *de jurejur. l. in bonafidei. 3. C. de reb. cred.* per confessionem, quæ est probata probatio. *Mascard. vol. 1. quest. 7. n. 3. & seq. Vid. Wesemb. & Rosb. dd. loc.*

X. Vel semiplena quæ & imperfecta dicitur, est quæ non

A 3

plenam

plenam fidem inducit, & hæc fit per unicum testem, famam &c. Distinctionem hanc bonam esse multi negant, ut *Duaren. lib. 2. disp. c. 33.* Sed nobis (uti communis Dd. opinio) affirmativa placet I. propt. l. 3. C. de reb. cred. ib. inopia probationum, jam verò inopia probationum est, quando uterquè plenè probavit suam intentionè sed tunc quando aliquid, sed non perfectè probatum est. II. per l. 5. & seq. C. de probat. III. Quia duo testes faciunt plenam probationem, l. ubi numerus 12. ff. de testib. ergo unus semiplenam, idem enim est jus partis, quod totius l. 76. pr. ff. de rei vind. IV. per l. admonendi 31. ff. de jurejur. ibi iudices in dubiis causis exacto jurejurando &c. jam verò dubia causa est, quando actor non plene, sed aliquid probaverit, verùm non plene videntur. *Beust. ad l. admonendi de jurejur. n. 1126. Hillig. in Donell. Enucl. 24. cap. 11. lit. D. & seqq. Vult. 2. Jurispr. Rom. cap. 2. Ummius d. loc. n. 5.*

XI. Est & probatio alia judicialis, quæ fit in judicio lite, jam contestata. Et extrajudicialis, ut est probatio ad perpetuam rei memoriam. c. fin. §. 1. extr. ut lit. non contest. *Mascard. quest. 4. per tot. Rosb. d. loc. Wesemb. d. n. 4.*

DE INSTRUMENTIS.

XII. Ad Inartificiales probationes refertur instrumentum, quod est scriptura rei controversæ fidem faciens. Istud autem quatuor modis in jure nostro accipitur. I. Significat omne id, quod domus, fundus vel aliæ res instrui solent, *tot. tit. ff. de fund. instr. vel instrum. leg.*

XIII. II. Refertur ad ea, quæ apud judicem fidem rei controversæ faciunt, ita ut testes quoque instrumenti appellatione veniant. l. 1. ff. de fid. instrum. l. 99. §. 2. ff. de verb. signif. ibi *Gædd. n. 1. Mynsing. 4. obs. 60. cap. 4. extr. de testib. cog. Umm. disp. 17. n. 1. Lanfranc. de Orian. in pr. h. t. n. 5. Dan. Moller. part. 1. Constit. Elect. 16. n. 30.* In statutis verò appellatione instrumentorum testes non veniunt, cum verba eorum propriè sunt accipienda. *Wesemb. in Parat. ff. de fid. instrum. n. 1. Lanfr. in prax. tit. 9. n. 2.* Unde si pœna constituta sit producenti falsum instrumentum, locum non habebit in producente falsum testem, per modò dictam rationem, deinde cum in pœnalibus, ubi contentio est odiosa, semper id quod benignius est, sequendum *cap. 15. de reg. jur. in 6. Lanfr. d. loc. n. 5. Treutl. hic. th. 1. lit. B.*

XIV. III. Pro

XIV. III. Pro qualibet scriptura, quæ rei fidem facit, & causam instruit. IV. Accipitur *κατ' ἐξοχλῶν* pro publicis literis, quæ plenam fidem faciunt. *Hunn. ad Treutl. hîc. th. 1. lit. A. J. Mejer. in Colloq. Argentin. hîc de fid. instrum. n. 2.*

XV. Interdum vocantur tabulæ. *l. 27. l. 30. l. 31. ff. de furt. ut tabulæ nuptiales l. 9. C. de nupt. tabulæ dotis. l. 66. pr. de donat. int. vir. & uxor. Item documenta l. ult. C. de prob. Nov. 44. pr. vulgò Briefsteche Urkunden Mejer. d. loc.*

XVI. Quædam publica sunt, quæ publica autoritate conficiuntur, *l. scripturas n. C. qui potior. in pign. quorum generum sunt I. Scripturæ sigillo aliquo publico, puta principis seu civitatis, aut alterius cujusdam Universitatis signatæ. c. scripta. 2. de fid. instrum. & cap. tertio loco s. extr. de probat. II. Acta Judiciaria, die Gerichts/Ampt/ und Necessbücher. Beust. in l. admonendi de jurejur. n. 801. III. Quæ apud acta conficiuntur, vel confectæ actis inseruntur, ut cum testamenta vel codicilli, autore iudice aperiuntur. l. publicati. 2. C. de testam. c. perpetuus extr. de fid. instr. IV. Instrumentum manu Notarii confectum sive in iudicio sive extra iudicium. l. fin. C. de re jud. Wesemb. in Parat. ff. h. t. n. 2. Lanfranc. h. t. n. 9. Mejer. d. loc. n. 3. in med. Umm. disp. 17. thes. 2.*

XVII. Hic quædam notanda sunt, tum circa Notarii personam I. ut sit legitime creatus, vel ab Imperatore vel Comite Palatino, cui hanc potestatem creandi Imperator indulgit. *per l. actuarios. 7. C. de numerar. actuar. & c. II. Ut specialiter ad confectio- nem sit rogatus, ne suspectus videatur, si se ultrò ingereret, arg. l. 25. ff. de procur. III. Ut ille ipse instrumentum conficiat, aliis enim hoc mandari non potest, *Novell. 44. cap. 2. quia quæ ex speciali legis vel Principis concessione competunt mandari aliis vel delegari nequeant. l. 1. ff. de Offic. ejus, cui mand. est jurisd. Treutl. disp. 5. th. 2. vol. 2. Rosb. tit. de instrum. Lanfran. in prax. tit. de instrum. Wesemb. hîc. n. 3. Mejerus d. loc. n. 4.**

XIX. Quia super quocunque actu fiunt, *l. 17. C. de fid. instr. & s. Es ist auch Notarius oder tabellio. In der Ordnung der Notarien zu Cölln Anno 1512. auffgericht. non immeritò hîc quaeritur: Anne super actu proprio Notarius instrumentum conficere potest? Neg. Quia nemo potest alterum sibi, suo in instrumento, quod ipse conscripserit, obligare:*

obligare. l. 5. 6. & 7. C. de probat. Et metuendum, ut Notarius suo commodo studeat, & falsum instrumentum faciat, arg. l. 10. ff. de Jurid. Hunn. ad Treutl. hic. th. 2. lit. F.

XIX. Olim in qualibet materia instrumenta conscribi solebant, per §. nihil interest Inst. d. testam. ordin. l. 1. pr. ff. de bon. possess. secund. tabb. hodie verò hoc mutatum est & non nisi in pergamento scribi solent, per Constit. Imp. Maximil. In der Ordnung der Notarten zu Eöln Anno 1512. auffgericht. § Item die Notarten sollen ibi. Item die Notarten sollen sich auch hüten/denn ihnen wird mit dieser Ordnung verboten/ ihr Instrument mit so viel kurzē/dunckeln oder zweiffelhafftigē Worten/ die dann ein Instrument zu vnwis machen/ oder auch durch Ziffern/Zetichen oder Notas, sonderlich die nicht gemeinlich allen bekand seyn/ dieweil dieselbe gar leicht geendert vnd g. fälscht werden mögen/ sondern mit ganzen gemeinen/leslichen vnd erkandten Buchstaben in Pergament vnd nicht in Papier in lateinischer oder teutscher Sprache schreiben. Et hoc quoque receptum in Camera. Gail. 1. obs. 119. nu. 3. Myns. observ. 80. Marant. part. 6. tit. de product. instrum. num. 32 pag. (mihi) 414.

XX. Tum circa instrumenta ipsa I. Ut ante omnia invocatio nominis divini præmittetur, Im Namen der heiligen Dreyfaltigkeit. I. Lanfran. c. 9. n. 8. in fin. An autem hac invocatio sit de substantia instrumenti & quæri solet, Nos de jur. civil. Justinian. negamus I. quia illud sine hoc subsistere potuit. Nov. 47. c. 1. II. & nullibi cautum id reperitur, & si inveniatur, ut in Novell. 6. c. 5. cap. 5. dist. 61. cap. cum Paulus 1. q. 1. pietatis magis est, quam necessitatis, vel talis solennitas, quâ omisi non vitatur actus. De hodierno verò jure affirmamus. per Constit. Imp. Maximil. Colon. anno 1512. §. Vnd nach dem. ibi: Vnd nach dem von gemeinen Rechten Brauch/ Übung vnd Gewonheit eingeführt ist/ daß in Auffrichtung der offnen Instrumenten/ vnd ihrer Solenniter die Form gehalten/nemlich/ daß im Anfang nach Anrufung des göttlichen Namens/ von dem alle Gute hat kömpt/ etc. & paulo post. Darumb so gebieten vnd ordnen wir dieselbe Form forthin in acht zu nehmen/ nichts desto minder vorbehalten/was sonst von eines ieden Ort Gewonheit zu halten were. Wesemb. hic. n. 5. Ainer. process. histor. c. 9. obs. 9. n. 2. & seq. Ungepaar 1. Exerc. 1. Treutl. hic. th. 3. lit. A. Suedw. ad rubr. Instit.

XXI. Annus

XXI. Annus Christi, quod moribus receptum est, in jure nostro nunquam cautum legimus. III. Nomen Imperatoris. Nov. 47. c. 1. IV. Indictio. V. Mensis, dies & locus celebrati actus d. Nov. non sufficit solum locus generalis, videl. in qua civitate, sed etiam specialis, puta in qua platea, domo & parte domus, addendus est. Rosb. d. tit. VI. Status ipse & summa negotii. VII. Nomina testium & numerus. IIX. Subscriptio & sigillum Notarii Gail. 1. obs. 43. Wesemb. Parat. hic. n. 5. Mejerus dict. loc. n. 9. Umm. d. disp. th. 3. n. 13. Sneid. ad S. item verborum Inst. de stipul.

XXII. An sit de substantiali necessitate instrumenti, ut Notarius ejus consuetum sigillum adponat? Affirm. nisi consuetudo loci hoc non desiderat. Reichsabschied 1512. d. 5. Und nach dem von gemeinen. ibi: Und zu lest das Signet und Unterschrifte der Notarien. Mascard. de probat. concl. 910. Boccr. class. 6. disp. 24. th. 16. Lanfranc. tit. de product. instrum. n. 12.

XXIII. An subscriptio testium in instrumento sit necessaria? Neg. per l. contractus 17. C. de fid. Instrum. ubi de subscriptione partium non verò testium agitur. Cujac. ad Nov. 73. in c. fin. verb. Sed & majorem: nisi casu quodam nominatim requiratur, ut in l. antique. 23. pr. & S. ult. C. ad Senatusconf. vellej. Boccr. d. loc. th. 16.

XXIV. Quædam privata, quæ absque autoritate publica à privatis conficiuntur. Rosb. d. t. n. 19. cognitio enim uno de contrariis, cognoscitur & alterum, l. 1. ff. de his qui sunt sui vel al. jur. Mascard. q. 6. nu. 35. Huc pertinent libri RATIONUM, ut sunt mercatorum & opificum, in quibus de rebus suis emtis & venditis scribunt, vulgò Register oder Rechenbücher. CHIROGRAPHA, quæ in genere significant omnem scriptionem manu alicujus subscriptam, in specie vero, eam, quâ quis debere se fatetur. l. 24. ff. de probat. SYNGRAPHA, quæ manu contrahentium in alicujus rei fidem fiunt, & utrique parti servanda dantur. Hillig. Donell. Enucl. lib. 25. cap. 7. APOCHA est solutæ pecuniæ confessio, vulgò ein Quittung / Quittung. l. 27. §. 2. ff. de furt. Emer. à Rosb. d. t.

XXV. Utrumque est originale & transumptum. Wes. in Parat. ff. h. t. n. 2. Mejerus d. loc. n. 3. Lanf. d. l. n. 14.

DE TESTIBUS.

XXVI. Testis est persona, testimonio suo rei controversæ fidem faciens.

B

ciens. Rosb. in process. civ. h. t. Treutl. disp. 5. vol. 2. th. 6. lit. A. Wesemb. h. t. n. 1.
XXVII. Verbum Testari varias admittit significationes, sumitur enim pro asserere, affirmare, confirmare, testimonio esse, testificari, ut Cic. in 2. de Nat. Deor. Venæ & arteriæ crebra, multæq; toto corpore intertextæ, vim quandam incredibile artificiosi operis diviniq; testantur. Et in Brut. Sape hoc testandum, id est, dicendum, confirmandum est. Deinde idem est, quod testem vocare, ad alicujus rei confirmationem. Virgil. 2. Æneid. Vos æterni ignes & non violabile vestrum

Testor numen.

Interdum pro implorare & obtestari. Denique pro testamentum condere. Calepin. in lexic. verb. testor.

XXIIIX. Eandem vim ac potestatem obtinent, quàm instrumenta. l. 15. C. de fid. instrum. quatenus generaliter considerantur, si verò aliqua singulares circumstantiæ considerandæ veniant, tunc interdum instrumenta testibus, ut in l. census 10. ff. de probat. Interdum testes instrumento præferantur, ut in cap. 5. extr. eod. Wesemb. hic. n. 1. Mascard. volum. 1. q. 6. n. 2. & mult. seqq. Mynsing. 4. obs. 39. Magnificus Ordinarius Dn. D. Ortolphus Foman, Præceptor & Promotor meus. multis nominibus suspiciendus, in Prælect. public. ad d. c. 5. extr. de probat. quest. 3.

XXIX. Testes esse possunt omnes, qui non prohibentur. Prohibetur autem furiosus. l. 3. §. 5. ff. h. t. illi enim nulla mens §. 11. Inst. quib. mod. testam. infirm. nullus animi sensus, l. 22. §. 7. ff. solut. matrim. dormientium & ignorantium loco habetur. l. 24. pr. ff. de oblig. & act. l. 1. §. 3. ff. de acquir. possess. l. 2. §. 3. ff. de jur. Codicill. l. 124. de R. J.

XXX. IMPUBES. l. 3. §. 5. l. 19. ff. de testib. l. 20. ff. qui testam. fac. poss. §. 6. Inst. de testam. An vero si pubes factus, potest dicere ea, quæ impubes vidit? Affirm. si nimirum fuerit pubertati proximus. Lanfranc. d. loc. n. 11. Rosb. hic. n. 6. Mascard. concl. 1246. n. 21. Treutl. hic th. 8.

XXXI. Mutus & surdus. §. 6. Inst. de testam. qui naturâ tales sunt, qui vero casu, & litteras sciunt, ad testimonium admittuntur. Mascard. concl. 1358. n. 24. Umm. d. loc. n. 7.

XXXII. COECUS, quia debet deponere de his, quæ vidit Specul. in tit. de testib. vers. sed numquid cæcus cap. testes caus. 3. quest. 9. vid. Mascard. concl. 276. n. 7. & seqq. Umm. d. loc. n. 8.

XXXIII. MINOR 20. annis in criminalibus, l. 30. ff. de testib. Wesemb. hic. n. 3. Umm. d. loc. n. 30.

XXXIV. FOR-

XXXIV. FŒMINA in testamento d. §. 6. *Inst. de testam. l. qui testamento. 20. §. mulier. ff. eod. Lanfranc. de Orian. in prax. tit. de testib. n. 77.* Excipiuntur codicilli, testamentum inter liberos, testamentum ad pias causas, testamentum militis, nam in his solennitas juris sublata est, de quibus *vid. Mascard. conclus. 763. Mejerus d. loc.* Ratio cur in testamento solenni non adhibeatur, hæc nobis esse videtur, quia adhibitio testium descendit ex jure civili, veteri, quo testamenta in Comitibus populi Romani fieri solebant. §. 2. & 3. *Inst. de testam. quibus mulieres interesse nequibant. Vult. ad §. sed neque Inst. de testam. n. 19. Hunn. ad Treutl. disp. 5. vol. 2. th. 8. lit. E.*

XXXV. Servus, quia jure civili pro nihilo habetur, *l. quod attinet. 32. ff. de R. J. l. 22. eod. l. 8. C. l. 7. ff. de testib. l. 20. §. 7. ff. qui testam. fac. poss. Authen. si testis. C. de testib. cap. forus 10. in fin. extr. de V. S. Si vero alia ad veritatem eruendam probatio non est, tunc admittitur, l. 7. ff. de testib. l. Divus. 9. ff. de quest. Mascard. concl. 1358. n. 14. & seqq. Boccer. class. 6. disp. 23. th. 21. & seq. Mejer. in Colleg. Argent. de testib. n. 6. Umm. disp. 16. th. 1. n. 4. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 25. cap. 9. pr.*

XXXVI. Infamis qui duplex juris qui regulariter testis esse nequit. *l. 3. §. 5. ff. de testib. & facti, qui in criminalibus non admittitur. cap. testimonium ejus 54. extr. de testib.* Et hoc de praxi etiam de consuetudine ferè totius Germaniæ est receptum *Hunn. ad Treutl. th. 8. disp. 5. lit. B. C. Mascard. concl. 1356. Sneider. ad §. fin. Inst. de capit. diminut. Umm. d. loc. n. 9. circ. fin.*

XXXVII. Libertus contra patronum, quia patronum debet revereri, atque pro illo ob acceptum beneficium, omnia factururus, præsumitur. *l. 4. ff. de testibus. l. 12. §. eod. Mejerus d. t. n. 8. Ummius d. loc. n. 12.*

XXXVIII. Inimicus contra inimicum, si inter illos lis fuerit capitalis. *Nov. 90. cap. 7.* Inimicus enim semper præsumitur de inimico male cogitare, eidemque extruere insidias, & semper inire consilium, quo pacto illi nocere possit. *Mascard. de probat. concl. 1248. n. 107. Boccer. d. loco. th. 34. Umm. d. loc. n. 13.*

XXXIX. Hæreticus & Judæus contra Christianum, sive inter duos Christianos lis sit, sive inter hæreticum & Christianum. Inter ipsos autem hæreticos vel Judæos, si controversia fuerit, testimonii sunt capaces. *l. 21. C. de heretic. & Manich. Nov. 45. c. 1. cap. 26. caus. 2. q. 7. Boccer. class. 6. disp. 23. th. 25. Umm. d. loc. n. 14.*

XL. Uxor contra maritum. Censentur enim unum corpus & una anima, & quicquid unus vult, alter quoque velle præsumitur. *Mascard. concl. 141. Umm. d. loc. n. 15.*

XLI. Juvenis contra suam Amasiam, quia enim nimio amore ardet, & magis timet earum minas, quam aut parentum aut cæterorum, quibus obedire debeat, & certum eum pro illa omne fas ac nefas committere *juxt. ea, quæ habentur in l. 2. §. 24. & cum placuissent. ff. de O. 7. Mascard. concl. 86. Umm. d. loc. n. 46.*

XLII. Laicus contra Clericum in causis criminalibus. *c. 14. extr. de testib.* quia laici clericis infesti sunt, ægrè ferentes eorum privilegia. *c. laicos caus. 2. quest. 7. Umm. d. loc. n. 16.* Nisi per alios testes veritas haberi nequit, tunc in subsidium admittuntur, veluti si crimen aliquod commiserit ruri, vel alio in loco, ubi clerici adesse non solent. *Vid. Mascard. concl. 1358. n. 44. & seqq.*

XLIII. Domesticus pro domestico, quorum testimonium reprobat, *l. 3. l. 8. C. de testib. l. 24. ff. eod. §. 9. Inst. de testam. c. in literis 24. extr. de testib.* Sunt autem domestici, qui in alicujus domo vivunt, & ipsius imperio & potestati subjiciuntur, ejusdemque sunt familiæ, gentis & agnationis. *l. ediles. 25. §. familia. 2. l. quod si nolit. 31. §. idem Pedius. 15. ff. de edil. edict. l. 11. §. furti. ff. de pæn. Bocer. class. 6. disp. 23. th. 16. Umm. d. loc.*

XLIV. Tales sunt liberi & parentes: qui ne volentes quidem adversus se invicem ad testimonium admittendi sunt. *l. 6. C. de testib. l. 6. l. 9. ff. eod. nec refert, cujus sexus sunt vel conditionis. l. 4. & seq. ff. de in jus vocand. & hoc ob summum amorem, quo mutuo sese prosequi, præsumuntur, inde dicitur, patrem plus diligere filium quam seipsum. l. si pupillorum. §. si pater ff. de reb. eor. l. nec ei. ff. de adopt. §. ult. Inst. de noxal. act.* Nullus enim amor vincit paternum *lult. pr. C. de Cur. fur. adeò ut pater & filius censeantur una & eadem persona. l. fin. C. de imp. & al. subst. & vox patris sit vox filii. §. ei. 4. §. post mortem. 13. Inst. de inutil. stipul. & ubi unus est, ibi alter esse præsumitur. l. cum scimus. 22. in fin. C. de agricol. & cens. Hillig. ad Donell. Enucl. lib. 25. c. 12. Lanfr. tit. 8. n. 56.*

XLV. Patris tamen testimonium valet in ætate filii probanda. *l. 16. ff. de probat. Lanfr. d. loc. Ut & in testamento filii militis, jure militari testantis. l. 20. §. 2. qui testam. fac. poss. sic etiam in causa matrimonii*

monii contrahendi vel distrahendi, si ex causa consanguinitatis impedimentum aliquod objiciatur. *cap. consanguineos caus. 35. quest. 6.* Vid. Mascard. concl. 1148. Hillig. d. loc.

XLVI. Talis est frater, cujus testimonium in causa fratris removetur. Ratio, præter alias est, quia amici ex causa affectionis à testimonio repelluntur, *l. 3. ff. l. eos. C. de testib.* Cum tamen vinculum amicitiae facile mutari soleat. *per l. in confirmando tutore. 5. ff. de confirm. tut.* Fraternalitatis autem causa est naturalis, cujus recordatio & dulcis sit & separationem corporum & animorum abhorreat. *l. possessionem 11. C. comm. utriusq. judic. l. sidomus. S. qui confitetur. ff. de legat. 1. quæ ita labefactari facile non possit. l. jus agnationis. ff. de pact. l. jura sanguinis. ff. de R. J.* Deinde, quia nemo in propria causa idoneus testis existit. Atqui quando frater in causa fratris testimonium dicit, tunc in propria causa testis est, siquidem injuria uni ex familia illata, universum genus læsum esse censetur. *l. 1. 2. 3. ff. de liberal. caus. l. 7. ff. de injur. Mascard. concl. 1357. nu. 45. Treutl. hic th. 8. Lanfr. d. tit. n. 59.*

XLVII. Frater autem emancipatus in causa fratris rectè testimonium dicere potest, quia frater emancipatus non amplius in domo & sub potestate patris manet, sed novam familiam ei constituere creditur. *S. 3. Inst. de capit. dim. l. tutelae. 7. ff. eod. S. in testib. 9. Inst. de testam. ordin. Bocer. class. 6. disp. 23. th. 38. Hill. ad Donell. Enucl. lib. 25. cap. 12. lit. C.*

XLVIII. A testimonio quoque dicendo repellitur Judex, nimir. in ea causa, in qua cognoscit. Quia absurdum est, quenquam in eadem causa & judicis & testis officio fungi. *l. 6. C. de postul. Mascard. concl. 1337. num. 37.* Et hoc idem dicendum de Advocatis. *l. fin. ff. de testib. c. si testes. S. testes quos accusator. 4. q. 3. c. Romana. de testib. in 6. Rosb. d. t. n. 8.* Secus verò si pars contra quam patrocinatur, ad testimonium dicendum illum postulat, ut notat Mascard. concl. 66. n. 9. vid. Lanfranc. tit. 8. n. 64.

XLIX. Singuli quoque ex universitate cives, non sunt idonei testis, in causa Universitatis, si causæ commodum vel incommodum ad singulos cives pertineat. *l. nullus. 10. ff. de testib. l. omnibus. 10. C. eod.* Si verò commodum & utilitas ad ipsam Universitatem spectet, aliud dicendum. Secus autem quoad actum, qui non nisi

ab Universitatis hominibus expediri debet, quando præsertim
desunt alii testes. *c. 5. extr. de probat.* Atqui sic in Scabinatu, qui hic est
pronunciatum fuisse 15. Januar. Anno 1612. notat. Magnificus D. Foman
Ordinarius, in *Prælect. publ. ad d. c. 5. quæst. 4.* Bocer. *d. loc. th. 40.* Mejer.
d. loc. n. 7. Umm. *d. loc. n. 32.* Lanfr. *tit. 8. n. 69.*

L. Licet autem testes sint omni exceptione majores, tamen
de veritate sua prius juramentum deponere debeant. *l. 19. l. 18. C. de
testib. c. si testes in fin. caus. 4. q. 3. Myns. 3. obs. 80.* Cujus formula extat in
Ordin. Cam. part. 1. tit. 77. Ihr sollet schwören einen Eyd zu Gott / daß ihr
auff die Articul im Rechte zugelassen / vnd in der Sachen zwischen N. vnd
N. wollend sagen vor beyden Partheyen / keiner zu Liebe noch zu Leide /
die Warheit / so ihr davon wissend / ihr besinnet / vnd gefraget werdend
zu sagen / vnd daß nicht lassen / vmb einige Schencke / Gabe / Mus /
Gunst / Haß / Freundschafft / Forcht oder anders / wie Menschen Sinns
das erdencken möchte / ohn Gesehrde.

LI. Ita ut statuto induci non potest, ut credatur testibus
injuratis. Jurisjurandi enim religio ad decidendas lites in verbo
Dei confirmata est. *Hebr. c. 6. v. 16.* & proinde in tantum requiritur
in teste, ut illud etiam vir religiosus in testem productus præstare
teneatur. *c. nuper vobis 51. extr. de testib.* Et quia nullius, nisi vitæ in-
tegritate conspicui testimonium fidem facit, *l. 3. ff. h. t.* tamen ille
nihilominus jurare tenetur. *l. jurisjurandi. 9. C. eod. & d. c. nuper.* De-
nique statutum sine superioris consensu fieri non potest de his,
quæ publicis legibus prohibita sunt. *Vid. Bocer. cl. 1. disp. 3. th. 42. &
cl. 6. disp. 23. th. 60.*

LII. Partium tamen consensu & pacto remitti potest. Con-
sentienti enim & volenti nõ potest fieri injuria, & quod partes non
facilè hoc cuivis remittunt, sed illis demum, de quibus periculum
falsi testimonii nequaquam præsumunt, *c. tuis extr. de testibus.* Bocer.
d. loc. th. 59. Gail. *1. obs. 101. n. 2.*

LIII. Priusquam juramentum præstent, debet eos Judex
sedulo admonere de perjurio, & pœnâ perjurii, quod videl. falsi-
dicus tribus fiat obnoxius Deo, cujus præsentiam condemnit, ju-
dici, quem mentiendo fallit, & denique innocenti, quem falso cum
testimonio lædit. *c. 1. extr. de crim. fal. & c. quisquis 80. caus. 1. quæst. 3.*

LIV. Præstito hoc juramento testes non conjunctim, sed
singul-

Singulos seorsim summa diligentia examinare & interrogare debet.
l. 14. c. de testib. & venerabili. in fin. extr. eod. quod etiam probat exem-
plum Danielis, qui duos istos seniores non conjunctim, sed unum
post alterum examinavit.

L V. Examinatio debet fieri in secreto & clam partibus, quod
tamen *Donell. ad l. 19. c. de testib.* displicet, adeo ut putet interroga-
tionem & sententiam nullam esse, si non presente actore & reo
testimonium dictum fuerit. Cui subscribit *Ummi. hie. th. 11. num. 62.*
Quod tamen verum esse non putamus: nisi forte in causis summa-
riis, & in causis modici præjudicii, ubi testes palam partibus præ-
sentibus examinari possunt, nec alia publicatione opus est, ut ex
Bl. docet Rosb. tit. 58. n. 3. Lanfranc. tit. de test. depos. n. 15.

XLVI. Examinare eos plerumque solet, primo super inter-
rogatoriis generalibus & specialibus, Deinde super ipsis articulis.

LVII. Interrogatoria sunt quæstiones tam super testium
persona, quam ipsa lite, veritatis eliciendæ causa propositæ. *c.*
presentium & ibi gl. super verb. interrogatur de testib. in 6. c. per tres
extr. eod.

LVIII. Et sunt vel generalia vel specialia. *Vult. d. c. 31. Rosb. tit.*
55. n. 2.

LIX. Generalia sunt, quibus de vita, fide, & conditione
testium productorum inquiritur. *juxta l. testium. ff. de testib.* vulgò
vocantur *gemeine Fragstück.* v. g. cujus sunt ætatis, conditionis, an
maleficium commiserint &c. *Rosb. d. loc.*

LX. Specialia sunt, quibus notitiæ & certitudo dictorum
testium investigatur, unde etiam ad dicta testium diriguntur *Frag-*
stück auff die Hauptsache.

LXI. Articulus est pars intentionis continens id, quod quis
probare intendit *Marant. specul. aur. part. 6. de posit. n. 2. Rosb. tit. 54.*
n. 2. Geil. 1. obs. 79. n. 1.

LXII. Debent esse simplices, non multiplices. Omnis enim
positio ita concipienda, ut uni positioni, non nisi factum unum
aut una res implicetur, ut *wahr daß Titius gestorben / wahr daß er*
kein Testament gemacht / wahr daß er keine Kinder verlassen.

LXIII. Ex visceribus libelli desumi debent & formari. *Mynsing.*
3. obs. 7. 88. & propositæ actioni conformes esse. Sic quando
libellus

libellus & probationes sunt diversorum generum, nullius sunt momenti & effectum nullum habent, ut notat *Rosb. d. t. n. 7.*

LXIV. Articulus annecti solet directorium & designatio testium, id est, schedula in qua designatur, super quibus articulis testes examinari debeant *Geil. 1. obs. 96. n. 6. & 7.* Cujus copia solet adversario ad facienda interrogatoria dare. *Marant. d. loco. n. 19. Rosb. d. t. n. 15.*

LXV. Testes, quã ad interrogatoria, quã articulos congruè, ex veris scientiã suã causis respondere debent, idque claris verbis *c. 13. extr. de testib.* quia paria sunt non respondere & obscure respondere. *l. n. §. 7. ff. de interrog. act. & dictum testis ambiguum contra producentem interpretari solet. c. in presentia de probat. Rosb. d. t. 57. n. 15. Umm. disp. 16. n. 76.*

LXVI. Ex quibus apparet, depositionem per verbum dubito, forte, mihi videtur, meo iudicio, &c. factam, nihil probare, sed tenetur respondere, per verbum credo verum, vel non verum, *Glaube wahr / Glaube nicht wahr. Ordin. Cam. part. 3. tit. 13. §. Zum andern. c. 1. de Confess. in 6. Bocer. class. 6. disp. 22. th. 28. Ummius d. loc. n. 77.*

LXXVII. Unde si vacillet, & titubando dictum variet, *Wann einer seine Rede auff Schrauben setzet / vñ mit der Sprache nicht heraus wyl / nullum est dubium, quin eiusmodi testimonium nullam fidem faciat, quia titubans pro ignorante habetur. Ainer. part. 1. c. 9. obs. 3. n. 8. & 9.*

LXXVIII. Finitã depositione, silentium cuilibet imponi solet, ne ipse attestations suas, ante factam publicationem, revelet *Rosb. d. t. n. 24.*

LXIX. Absoluto examine, Iudex adestationes testium publicare, & utrique parti ad hoc citatæ, dicta & depositiones eorum communicare solet. *Ummius disp. 16. th. 13.*

DE CONFSSIONIBUS.

LXX. Confessio est ejus, qui in lite est, aut in litem deduci potest, asseveratio. *Umm. disp. 13. th. 8. nu. 30.* Sunt nonnulli Dd. qui confessionem veram probationem esse, negant. Sed refelluntur per text. in *c. 1. de confess. in 6. c. cum ad sedem. 15. vers. nos prioris act. a extr. de restit.*

de restit. spoliat. l. 16. C. de pœn. clem. sepè 2. verb. & quia positiones de verb. signif. Lanfr. de Orian. in prax. tit. de Confess. in pr. dicit: Fortiorem esse probationem, quæ fit per confessionem, quam quæ per testes & instrumenta Treutl. disp. 4. vol. 2. th. 1. lit. B. Wesemb. hic. n. 4. Mascard. concl. 7. Marant. spec. aur. tit. de Confess. n. 2.

LXXI. Estque duplex, JUDICIALIS, quæ fit in jure judiciovê (ea enim quæ extra locum judicii, licet præsentem iudicem & Magistratum fit, judicialis non est. l. 56. ff. de re jud. l. un. C. de Confess.) coram Iudice competente (quia coram incompetente facta confessio pro judiciali non habetur, ut apparet ex c. 4. extr. de judic. Rosb. d. t. n. 21. EXTRAJUDICIALIS, quæ fit apud probos & fide dignos homines extra iudicium. Rosbach. d. tit. nu. 2. Wesemb. d. Loc.

LXXII. Ut autem alicujus confessio sibi præjudicet, multa sunt necessaria, aliqui decem & sex requirunt, ut Specul. in tit. de Confess. §. sequitur. Nobis decem saltem placent secundum hos Versiculos:

Major, sponte, sciens, contra se, ubi jus fit, & hostis,
Nec natura neget, favor, lis, jusq; repugnat.

LXXIII. Requiritur igitur primò, ut quis sit major, quia minor, quando aliquid confessus fuerit, contra seipsum sibi non præjudicat, l. actum 6. in f. ff. de confess. l. clarum. 4. C. de autor. prest. Mascard. concl. 37. Rosb. hic. n. 7.

LXXIV. 2. UT FIAT SPONTE. Nam si vi aut metu quis ad confitendum compulsus sit, ejus confessio non valet. c. 2. caus. 15. quest. 6. l. 5. pr. de quest. nisi in eadem perseveret. l. quidquid ff. de R. J. c. si quis caus. 2. quest. 3. Lanfr. de Orian. in pr. de Confess. n. 8.

LXXV. 3. SCIENS. Nam si per errorem facta fuerit confessio, nulla est, & quodcumque ante sententiam revocare posse constat ex c. fin. extr. de Confess. l. error. 7. C. de jur. & fact. ign. l. de etate. 11. §. qui iusto 10. ff. de Interrog. Lanfranc. d. loc. n. 32.

LXXVI. 4. CONTRA SE. Nam si quis pro se tantum confessus fuerit, istiusmodi confessio nullius est momenti. c. cum super electione. 2. extr. de Confess. c. 1. caus. 14. quest. 2. l. de etate. §. 1. ff. de Interrog. Rosb. d. t. n. 19.

LXXVII. 5. UBI JUS FIT, hoc est, in iudicio & coram
C Iudice

Judice competente. Si enim confessio coram non suo Judice facta fuerit, inutilis est, nihilque præjudicii afferre potest. *c. & si 4. extr. de Judic. c. ad nostram. 3. extr. de consuet. c. in clericor. 49. caus. 11. q. 1. c. ut debitus 44. extr. de Apoll. Vid. Mascard. concl. 352. per tot.*

LXXVIII. 6. HOSTIS. Nam si absente adversario vel Procuratori ejus fiat confessio, non præjudicat confitenti. *c. 2. extr. de Confess. l. certum. §. si quis. ff. de Confess. l. ult. ff. de Interrog. Tamen quibusdam etiam casibus parte absente facta confessio probet, veluti si sit geminata aut jurata, aut tendat ad liberandum. Rosbach. d. loc. n. 26. Marant. specul. aur. part. 6. de Confess. n. 6. pag. 387.*

LXXIX. 7. NEC NATURA NEGET: Quia confessio contra naturam facta non valet: Confessiones enim naturalibus convenire debent, refert ex Paul. in *l. Confessionibus 13. ff. de Interrog. Rosb. d. loc. n. 27. Mascard. quest. 7. n. 32.*

LXXX. 8. FAVOR. Facta enim confessio contra rem favorabilem, non præjudicat confitenti, quare si ingenuus confitetur se esse servum, hujusmodi confessio nihil præjudicii afferre potest, propter libertatis favorem. *l. interrogato. C. de liberal. caus. & l. libert. de R. J. Mascard. d. loc.*

LXXXI. 9. LIS. Nullius enim est usus confessio, nisi de ea re fiat, unde lis vel controversia oriatur. *l. Confessionibus 13. ff. de Interrog. Unde si in lite, quæ inter patrem & filium, dominum & servum intercedat, confessio fiat, irrita, cum inter eos nulla lis esse possit. l. 4. ff. de Judic.*

LXXXII. 10. NEC JUS REPUGNET. Quia confessio, quæ fit super eo, quod est contra jus, nulla & irrita est, *l. si is cujus nomine. 14. §. fin. ff. de Interrog. De his enim quæ contra jus sunt, nec pactum nec confessionem valere, vult Ulpian. l. Jurisgent. §. Prætor ait & §. seq. ff. de pact. ex c. fin. extr. C. de pact. Veluti si confiteantur foeminae se liberos in potestate habere. §. foemina. Inst. de Adopt.*

DE JURAMENTO LITIS DECISORIO.

LXXXIII. Juramentum litis decisorium est, quod a partibus decidendæ litis causa præstari solet. *l. 1. ff. de Jurej. Illud autem esse probationem satis evincunt. text. in l. 30. pr. l. admonendi de jurejur.*

*jurejur. l. fin. §. licentia. 10. C. de jur. deliber. Authen. sed novo jure. C. si cert.
pet. ibiq. Bl.*

LXXXIV. Estque triplex *Bocer. class. 5. disp. 8. th. 17. Magnificus D. Foman in Praelect. publ. ad tit. de jurej. q. 10. CONVENTIONALE* seu voluntarium, quod pars parti extra judicium defert. *l. 12. l. 28. §. fin. l. jusjurandum. 17. ff. de jurejur. c. quamvis de pactis lib. 6. & Auth. sacramento puberum. C. si advers. vendit. Treutl. disp. 21. vol. 1. th. 6. lit. C. Magnificus D. Foman. d. loco. Umm. disp. 14. th. 1. n. 4.*

LXXXIII. JUDICIALE est, quod pars parti judicio auctoritate judicis defert. *l. generaliter. 12. §. 1. C. de reb. cred. l. etsi servus 25. & l. qui jurasse 26. §. fin. ff. de jurejur.* Est autem inter conventionale & judiciale hæc differentia, quod ad hoc, licet utrumque ex conventionem & voluntate partium procedat, præter conventionem illam approbatio & auctoritas judicis accedere debet. *Rosb. in pr. civ. de juram. vol. & judic. n. 8. Donell. de jurejur. c. ult. n. 3. & Dd. communiter. Magnif. D. Foman. d. loc. q. 13.*

LXXXVI. NECESSARIUM est, quod judex ex causis dubiis, ex probationum inopia uni litigantium defert. *l. 31. ff. de jurejur. & l. 3. C. de reb. cred.* Sunt nonnulli, qui hoc judiciale appellant, malè autem, quia hoc necessariò præstandum est. *l. pen. ff. h. t. & judex id non defert, nisi necessitate & inopia probationum cogente. d. l. 3. Et si, cui defertur, hoc recusare non potest. Wessemb. in Parat. ff. h. t. n. 7. Igitur rectè à potiori fit denominatio per l. queritur 10. ff. de stat. hom. l. repetundarum. 13. ff. de testib. Rosb. tit. 67. num. 2.*

DE EVIDENTIA FACTI.

LXXXVII. Interdum ex ipsa facti evidentia, sive oculari inspectione, tanquam ex probatione probata, uti *Geil. lib. 2. de pac. publ. cap. 3.* loquitur, Judex fidem haurire & judicare potest.

LXXXVIII. Nam cum nulla alia de causa, probationes in jure requirantur, nisi ut veritas in apertum referatur, & ipsi judici sit nota, unde factum est, ut hanc probationem, probationum omnium certiozem appellarint. *Mascar. concl. 8. n. 3.*

LXXXIX. Sic quando delictum clarè & apertè judici constat: veluti si reus in flagranti crimine captus esset, tunc absque

ulla juris solennitate, nemine etiam accusante, reum etiam negantem damnare potest. *per cap. 9. de accus. & per ea, quæ habet Gail. de P. P. l. c. 15. & l. obs. 31.*

X C. Sic etiam quando probare velim Titium non fuisse vel fuisse vulneratum, id facile fieri poterit per ostensionem loci, in quo asseritur, illatum fuisse vulnus, absq; alia probatione testium, ut *l. vulneri. 8. ff. de injur. & pertinet ad hoc l. pediculis 32. §. Neratius 5. ff. de aur. & arg. legat.*

DE FAMA.

X C I. Fama quoque probationem facit, ut colligitur *ex l. 3. §. 2. ff. de testib. c. illud extr. de præsumpt. c. ex literis de jurejur. ibi Magnific. Dn. Ordinarius Foman in Prælect. public. q. 2. quod tamen tum demum procedit, quando testes deponunt, se à majore populi parte, famam illam audivisse, & nominant in specie aliquos. Deinde quando testes causam, propter quam fama illa exorta est, exprimere possunt, & denique quando fama illa accusationem præcessit. Myns. 5. obs. 46. Hillig. Donell. Enucl. 25. c. 6.*

DE FUGA.

X C II. Probationem aliquam etiam fuga efficit: veluti si absens post inchoatam litem abiit, ultrò non redeat, nullam justam absentia causam prætere posse, atque suspecta & inhonesta persona sit, ut colligi potest *ex l. 1. de requir. reis, & textus sunt in Novell. 53. cap. 4. l. in libertum. 28. §. ult. ff. de bon. libert. c. 4. extr. de præsumpt.*

X C III. Et sufficit fuga ad arrestandum, incarcerandum & quandoque torquendum fugientem, secundum *Geil. 2. obs. 44. 2. obs. 109.*

X C IV. Hinc de fuga suspectus, per incompetentem judicem, aut aliam quamvis privatam personam capi & detineri potest, ut habet *Geil. ibid. Mynsing. 2. observ. 65. & l. 10. §. 16. ff. qua in fraud. cred.*

X C V. Consideratis & perspectis probationis speciebus inartificialibus, ad probationem ipsam nos convertimus, & pro Canone ponimus: *Quicquid in judicio proponitur, vel asserendo vel negando, id idoneâ fide firmari ac roborari à dicentibus debet. l. 1. l. 5. l. 21. l. 22. & passim. ff. de probat. l. 1. l. 23. C. eod. Treutl. hic. th. 3. lit. A.*

X C VI. Unde si quis in aliquo facto se fundat, quod adversarius

versarius neget, ei præcisa & absoluta incumbit necessitas, ut fundamentum intentionis suæ probet. *Wesemb. in Parat. ff. h. t. n. 6. in med. & part. 1. cons. 13. n. 43. Geil. 1. de pac. publ. 13. nu. 3. & 4. seqq. Mascard. concl. 73. n. 1. & 2. Pacian. c. 51. n. 29. Rosb. in pr. civ. tit. 53. n. 10.*

XCVII. Hæ autem partes nequæ actoris nequæ rei sunt, nequæ conjunctim utriusque, sed prout quisque quid dicit & intendit *Treutl. d. loc. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 25. cap. 2. pr.* Quia fit ut actor interdum fit reus, & reus actor, ut est in *l. 19. ff. de probat.* quod tamen intelligendum est, cum reus aliquid excipiendo asseverat, secus si excipiendo neget. *Mascard. concl. 17. n. 5. Wesemb. hic. n. 6. in fin. Umm. disp. 8. n. 4. Rosb. d. loc.*

XCVIII. Affirmanti igitur & dicenti incumbit probatio per *l. 2. ff. de probat. c. quoniam 11. extr. eod. l. 1. c. 19. ff. eodem.* factum enim negantis quatenus negat, per rerum naturam nulla est probatio. *l. actor. 23. C. de probat. l. 10. C. de non. num. pec. Hillig. in Donell. Enucl. d. loc. Magnificus D. Foman. in Praelect. publ. ad c. 5. de probat. qu. 7. Mascard. d. loco. Umm. disp. 15. ad process. Judic. n. 7. Lanfran. de Orian. Procem. prax. aur. n. 3. pag. 6.*

XCIX. Sunt tamen nonnulli casus, in quibus & neganti probatio incumbit, si videl. is negat, quod antea confessus fuerit, ut quando negat quis instrumentum suo consensu confectum esse. *l. cum precibus. 18. C. de probat.* aut contra cautionem suam negat, se pecunias ex antecedente causa accepisse. *l. 13. C. de non num. pec. l. 25. §. ult. vers. nisi ipse ff. de probat. Mejer. Colleg. Argent. tit. de probat. n. 5. & 7.*

C. Nisi præsumptio aliqua sit pro dicente, quæ illum ab onere probandi relevat, & in adversarium rejicit. Sic cum stipulatio rectè facta præsumatur. *l. 1. C. de contrah. stipul. §. 17. Inst. de Inutil. stip. §. ult. Inst. de fideicom. non ille qui dicit, sed qui negat eam rectè factam esse, probare tenetur, tale exemplum est in *l. 5. §. 1. ff. de probat. Treutl. disp. 4. th. 3. lit. B. vol. 2.**

CI. Sic in juris quæstionibus, si jus sit, quod omnibus competit, nisi quis prohibeatur specialiter, veluti procuratorem vel testem esse. *l. 43. §. 1. de procur. l. 1. §. 1. de testib.* qui jus illud negat, probare debet. *l. 19. §. 2. de probat. Bachov. ad Treutl. hic. th. 1. lit. A.* Si verò sit quod omnibus est prohibitum, nisi specialiter alicui hoc conce-

datur, ut collegia habere. *l. i. pr. quod cuiq; univers. causa l. i. ff. de colleg.* qui id sibi permissum esse affirmat, id probare debet. *Just. Mejer: in Colleg. Argent. tit. h. n. 7. Umm. d. loc. n. 10. Lanfranc. d. loc. n. 4. §. circa.*

CII. MATERIA PROBATIONIS EST OMNIS INTENTIO CONTROVERSA. *Masc. q. 17. n. 16. Umm. disp. 15. th. 3. n. 14. Tr. th. 5.* Nam si res dubia non sit, sed certa & confessata, non opus est probatione. Hinc quaeritur: *An quæ evidentiæ sunt & notoria probari debeant?* Neg. *Vid. th. 4.* Licet enim sit probatio evidentiæ seu notorii, non tamen talis, sed quatenus illa notorietas seu evidentiæ negatur. Fieri enim potest, *inquit Ummius,* ut rei veritas plerisque perspecta sit, atque ita pro evidenti & notorio habeatur, & tamen interim sint, qui illam planè nesciant, vel saltem in dubium vocent. *Vid. Mascard. vol. 1. quest. 2. n. 21. conclus. 73. n. 5. & concl. 1107. per tot. Rosb. tit. h. n. 15. Wesemb. hic. n. 7. Geil. lib. 2. de pac. publ. cap. 3. n. 23.*

CIII. JURIS ET FACTI. Juris est, cum factum certum est, sed de jure partes controvertant. Facti cum contra jus certum, sed factum ipsum, ejusque circumstantiæ dubiæ sunt.

CIV. Jura autem non debent probari sed allegari. *l. 16. C. de probat.* Probatio enim instituitur propter Judicem, ut nempe ipsi causa reddatur proba, & illi, de eo quod allegatur, fides fiat. Judici autem jura debent patere, eorumq; exactam notitiam & cognitionem habere oportet. *§. 1. Inst. de offic. jud. Wes. hic. n. 7. ex Castr. & Dd. comm. in l. un. C. ut quæ dec. advoc.* Deinde probatio est rei dubiæ ostensio, *arg. l. 12. ff. h. t.* Jus autem est certum, *per l. 2. ff. de jur. & fact. ign.* Ad contraria respondendum est per distinctionem, inter jus ipsum, & applicationem juris. Jus, uti dictum, semper certum est. Applicatio autem, quia respectu nostræ ignorantiae interdum incerta, probatione opus habet, uti apparet ex *l. 5. ff. de prob. & aliis. Wes. d. loc. Umm. b. t. th. 3. n. 16. Bach & Hunn. ad Tr. hic. th. 1. lit. B. Rosb. d. loc. n. 14.*

CV. Facta a. semper debent probari. *per l. five. C. de probat.* Ea enim non præsumuntur nisi probentur. *l. in libello. §. facta. ff. de capt. & postl. revers. c. cum Joannes. §. verum responsionē istam extr. de fid. instr.* Sunt enim sua naturâ incerta. *l. in omni. ff. de jur. & fact. ignor. Wes. hic. nu. 7. Mascard. concl. 732. n. 1. & 2.*

CVI. Talia autem esse debent, quæ probationem recipere possunt. *l. actor. 23. C. h. t. vel directo vel per conjecturas. l. dolum. C. de del. mal. l. non omnia. §. §. 6. de re milit. Wes. d. loc.*

CVII. Ea

CVII. Ea autem probanda sunt; quæ ad causæ decisionem pertinent, & in quibus quis se fundat, & quæ probata profutura sunt probanti. *l. 21. C. de probat. l. 15. ibi inanibus C. de rescind. vend. Möller. part. 3. Const. Elect. tit. 20. n. 31. Umm. disp. 6. n. 55. Parth. litig. lib. 1. cap. 15. n. 12. pag. 216. Specul. hoc tit. §. nunc videndum n. 1. Wesemb. d. loc. Mascard. quest. 7. n. 24. Treutl. disp. 4. vol. 2. th. 5. lit. B. Unde Judex articulos diligenter debet examinare, utrum sint pertinentes, monet Geil. 1. obs. 81. n. 1.*

CIIX. Hinc clausulam istam *salvo jure impertinentium & non admittendorum* rejicimus. Vocamus hic articulum impertinentem, qui nequæ directè nequæ per directum, nulloq; modo causæ admiculatur. *Geil. 1. obs. 81. n. 2.* Tales igitur sunt actori inutiles, nec probanti quicquam profuturi, & à statu litis planè alieni. *l. si duo §. idem Julian. de jurej. Auth. in isto. C. jurej. propt. calum. nec tales à Judice recipiendi. Wesemb. d. loc. Treutl. d. loc. lit. C. Geil. d. loc. Rosb. tit. 54. n. 8. Parth. litig. lib. 2. cap. 13. n. 23. pag. (mibi) 456.*

CIX. Quando autem Judex dubitat, *an sint relevantes vel pertinentes?* Resp. eos accipiendos esse cum usitata clausula *salvo jure impertinentium & non admittendorum*, quia securius est superfluum admittere, quàm necessariū omittere, & in dubio, benignior interpretatio capienda est, *l. 8. ff. quæ in fraud. cred. Wes. in Parat. ff. hic. n. 15. vers. sic presumitur semper Rosb. tit. 64. n. 20. Geil. d. loc. n. 10. & seqq. Tr. d. loc.*

CX. FORMA PROBATIONIS EST, QUOD CERTA ET LIQUIDA ESSE DEBET. *l. 6. ff. h. t. l. 3. §. 4. ff. de susp. tut. l. 30. ff. de testam. tut. l. 34. §. 3. de legat. 1. Geil. 2. obs. 13. n. 5. Mejer. in Colleg. Argent. hic. th. 8. n. 9.*

CXI. In criminalibus, quia civilibus majora & præstantiora, per *l. ult. C. de ord. judic. Heig. part. 1. quest. 39. n. 42. Parth. litig. lib. 1. c. 5. num. 34.* Ita uberiorem, & luce meridianâ clariorem probationem desiderant. *l. ult. C. h. t. l. 16. C. de pœn. Mascard. concl. 34. n. 3. Dan. Moller. Constit. Elect. part. 4. cap. 8. n. 2.* Si enim in rebus arduis & periculi plenis sollicita & anxia requiratur indagatio & nimia diligentia. *l. 88. §. ult. ff. de legat. 2. cap. 3. de Elect. in 6. Parth. litig. lib. 2. cap. 14. n. 19. quidni etiam hic Geil. 1. de pac. publ. 15. n. 6. Umm. disp. 15. n. 17. Sneider. ad pr. Inst. de publ. judic. n. 10. Rosb. tit. 53. nu. 21.*

CXII. In civilibus verò reus nonnunquam ex urgentibus conjecturis condemnare potest, & interdum imperfectæ & semiplenæ probationes conjungi possunt. Ut si cum teste singulari fama
concur-

concurrat, ita ut veram non p̄sumptivam probationem con-
stituant. *Mynsing. 2. obs. ult. Umm. d. disp. th. 4. n. 2.*

CXIII. Q. *An in criminalibus ex indiciis dilucidis, claris & per-
spicuis aliquis condemnari possit? Affirm.* si talia sint, quæ non ex con-
jectura hominis, sed ex dispositione legis p̄sumptionem crimi-
nis inducant, quod patet ex *l. fin. C. de probat. cap. pro humani. de
homicid. in 6. in verb. postquam probabilius constiterit argumentis aliquam
scelus tam execrabile commisisse. l. 2. C. quos appell. non requir. l. 34. C. ad
L. Jul. de adult. & Auth. si quis ei. C. eod. tit. Menoch. lib. 1. p̄sumpt. 97.
num. 36.*

CXIV. Q. *An sagarum, per aquam frigidam, exploratio (vul-
gò Wasserurtheil) sit sufficiens ad torturam indicium? Res sic se habet.*
Soliti sunt quibusdam in locis magistratus, mulieres, quæ de ma-
gia ex indicio aliarum sagarum de maleficio convictarum, suspe-
ctæ sunt, manibus pedibusque constrictæ in aquam per lictores
abjici, quæ si non submersæ, sed anserum more supernatarunt,
pro fontibus, si verò submersæ, pro insontibus habitæ & judi-
catae sunt. Qui mos Saxonis & omnibus Germanicis, non tantum
ante confessionem ad Christianam fidem, sed etiam post illam
placuit, ita, ut etiam conceptis ad hoc verbis, & precibus aliisque
solennibus usi sint, cujus formulam ex Fr. Jureto in notis ad Ivo-
nem Cornotensem Epist. 91. (quam petente Ludovico Imperato-
re, B. Pugenius, composuisse dicitur) mihi suppeditat, *Heig. quast.
39. part. 2. pag. 344. ubi inter alia sic: Adjuro te aqua, per Spiritum san-
ctum, qui super dominum in te baptizatum, descendit, qui te invisibili san-
ctificatione sacratum, ad animarum purgationem inenarrabile constituit
Sacramentum, per quam olim & populus Israëliticus siccis pedibus tran-
sivit, & ex aqua ferrum, quod casu ceciderat, Eliseus divinâ virtute con-
tra naturam natans, in suo manubrio redire fecit, ut nullo modo suscipias
hunc hominem, si in aliquo culpabilis est, ex hoc, quod illi objicitur, scilicet
aut opore, aut consensu, seu conscientia, vel qualibet ingenio, sed per vir-
tutem Domini nostri Jesu Christi rejice ex te, & fac illum natare super te,
quatenus cognoscant fideles Christi, nullum prestigium, virtuti divinæ pos-
se resistere.* Talem autem consuetudinem, tanquam irrationabi-
lem, & ad potentia divinae tentamenta comparatam, penitus abo-
lendam esse statuimus: I. Quia indicia criminis, ut reus torturae
subjici

7.
subijci posset, in suo genere debent esse perfecta, & requirantur
luce meridianâ clariores probationes per l. fin. C. de probat. Hoc verò
tale non est. E. Experientia enim rerum abunde testatur, neminem
facile submergi, qui supinus aquæ incubat, quod omnes natandi
artis periti nôrunt. II. Ut iudex reum tormentis interrogare
possit, requiritur verisimile criminis indicium. per l. milites 8.
S. oportet. C. de quest. Atqui hoc tale non est. Aut enim hujus
natationis causa Physica est & naturalis, quod non putamus, aut
Metaphysica & supernaturalis, quæ erit vel in Deo vel in Diabo-
lo. Non in Deo, de quo sacra Scriptura Deuteron. 6. vers. 16. Matth. 4.
& 16. Ergo in Diabolo, de cuius vero actu nullum certum indicium
sumere licet, quia & ille religiosissimum & piissimum hominem,
Deo permittente, in aquis vehere potest, etiamsi pronus in flu-
men sit dimissus, quod etiam testatur historia Evangelica Matth. 4.
ubi Spiritus ille malignus ipsam filium tentare ausus fuerit III. Per
cap. ex tuarum extr. de Purg. Canon. IV. Gædelman in. tr. de Magi & Venef.
tale adducit exemplum, quod oculis suis vidit. Cujus verba hæc
sunt: Cum anno 1588. ex Borussia in Livoniam proficiscerer, invitavit me in
via quidam prædives & opulentus nobilis in arcem suam, hic cum veneficam
sequente die, propter enormia delicta, quæ sua magica & diabolica arte com-
miserat, jam ad ignem condemnasset, quasi vi num illam quoque prius in a-
quam, solito more coniecisset, ad experiendum utrum rea esset, eo negan-
te, monui ut id tentaret, (volui enim ea ratione inquirere num hoc explo-
ratur per aquam frigidam vera esset nec ne?) sed ecce postquam venefica à
carnifice in aquam projecta, statim submersa fuit. Is postea ad me scri-
psit, se cum sex veneficis tentasse idem, at omnes fuisse submersas. Et in fi-
ne literarum scripsit, jam demum tibi credo, hoc signum falsum & Diabo-
licum esse, & magistratum incautum decipere posse, & pro hac sententia
judicarunt Theologi Marpurgenses in quodam consilio apud Georgiunt
Dedekennum vol. 1. fol. 444. & 446. Damhoud. in prax. crim. cap. 43. Beust.
ad rubr. de jurejur. n. 204. Admodum Reverendus, Clarissimus & Excellen-
tissimus Dn. D. Johan. Gerhard, Mæcenas, Cognatus & Hospes meus, omni
filiali observantia pl. colendus, in quest. suis Polit. disput. 6. q. ult. Trentl.
th. 2. lit. B. & C. ibiq. Hun. latè Heig. part. 2. quest. 39. Berlich. conclus. part. 4.
concl. 4. n. ult.

CXV. An nominatio socii & rei criminis de se convicti adversus

D

conso.

consocium ab eo nominatum, iudici sufficiens indicium ad torturam faciat?
 De hac controversia difficili & intricabili, variae sunt Dd. opinio-
 nes. Nos secundum veriore & communiorem opinionem, etiam
 in Germania usu, consuetudine & stylo iudiciorum receptiorem
 in affirmativam descendimus sententiam, dammodo monente
 praclarissimo Romanae curiae Jcto Prospero Farinato in *prax. crim.* q. 37.
 n. 74. & 79. aliae etiam circumstantiae indicia & adminicula, jure
 definita, cum ea concurrant. Primum autem indicium est, ut
 nominator, non sponte & proprio motu, sed in tortura & ad in-
 terrogationem iudicis consocium nomet. *Constit. crim. Carol. V.*
art. 31. §. In der Morder mit Namen. II. Ut socius criminis non
 particulariter in specie vel de individuo, puta de Titio vel Sem-
 pronio, sed generaliter interrogetur. *Constit. crim. Carol. V. d. loc. vers.*
 Und also auff dieselbe Person. III. Ut nominator accuratè, & sa-
 gaciter interrogetur, de omnibus circumstantiis videlicet quomo-
 do, quo in loco, quo tempore nominatus praesto fuerit & open-
 tulerit. *d. Constit. Carol. V. artic. 31. §.* Zum andern gebühret sich.
 IV. Ut socius nominando consocium deponat verisimilia, possi-
 bilia & vera. V. Ut iudex diligenter inquiret, num inter eos
 privatae inimicitiae, similitates, contentiones, jurgia, & lites in-
 tercedant. *Constit. crim. Carol. V. art. 31. §.* Zum dritten gebühret sich zu
 erkundigen. VI. Ut nominator non sit de aliis delictis infama-
 tus, aut vilis aut infimae sortis, nominatus autem aliàs iudici su-
 spectus sit. Nam si de bona fama nominati constet, iudicium
 ortum ex nominatione socii criminis facile diluitur & purgatur,
 maxime si nominans de aliis delictis sit infamatus, aut vilis con-
 ditionis. VII. Ut in nominatione sua assertione & delatione
 constanter & inévocabiliter perseveret. *Ordin. Crim. Carol. V. §.* Zum
 fünfften/ daß die besagte Person. VIII. Ut nominationem suam me-
 diante juramento confirmet *Julius Clarus lib. 5. sent. §. ult. quest. 21.*
n. 10. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quest. cont. 1. casu. 474. Berlich. part. 4. concl.
4. n. 17. Zanger. de quest. c. 5. à n. 6. usq. ad 27.

CXVI. *An ἀπατόδαιξις seu cruentatio sanguinis e cadavere in-*
terfecti faciat sufficiens indicium ad torturam? Neg. Aut enim causa
 ejus vel naturalis vel supernaturalis. Supernaturalis & divina
 non est: quoniam saepe observatum fuit, quod interfectorum cor-
 pora

7
pora cruentarint, ad praesentiam amicorum & innocentium. Heig. part. 2. q. 39. n. 104. Compertum quoque quod innocentes hoc indicio falso notati sint, ut & illud, quod praesente vero homicida interfectus, ne guttulam quidem emisit. Deus autem qui justus est, nolit innocentem damnare & nocentem manere. Non naturalis, esset enim vel in cadavere vel in occifore. Non in cadavere, quia exangue est & frigidum, vimque emittendi sanguinem habet nullam nec sentire potest, praesens an sit nec ne homicida. Non in occifore licet illi in trepidatione magna, & perpetuo mala conscientiae cruciatu vivant, tamen de hoc nihil sentit cadaver. II. Effluxus hic sanguinis tam ab occultis & dubiis quam aliis diversissimis causis potest provenire, scilicet ex cadaveris commotione, quando enim corpus agitatur & movetur, facile fieri potest, ut sanguis qui in venis delituit, venarum oris reseratis, erumpat. Vel sanguinis residui copia, vel humorum & Spirituum multitudine, & aliis. III. Est haec quaestio dubia & jure non definita, ergo quod benignius est, arripiendum *l. semper 9. ff. de reg. jur.* IV. Tortura est res praedicti gravissimi & periculosissimi. *l. 1. §. 23. ff. de quest.* V. Si hoc esset sufficiens ad torturam indicium, procul dubio *Carolus V. in crim. sua Const.* ubi varia criminum commissorum indicia *art. 18. & seqq.* de hoc quoque mentionem fecisset, quae enim notabilia sunt, specialiter notari solent. *l. 15. §. 26. de injur. Vid. Göchhausen in quest. Academ. pericul. 5. q. 29. Heig. d. loc. Reverendus D. D. Gerhard. in dd. quest. polit. disp. 6. quest. 9. Treutl. d. loc. th. 7.*

CXVII. An redditio Chirographi solutionem probat? Affirm. per *l. 2. §. 1. ff. de pact. l. 7. C. de remiss. pign. l. 39. ff. de legat. 3. l. 44. §. 5. de legat. 1.* II. Quia qui chirographum reddit, non tantum de tabulis cogitat, sed etiam de jure debiti, cujus probatio tabulis continetur. *l. qui chirographum. §. 9. ff. de leg. 3.* III. Qui tradit instrumentum, rem tradere videtur. *l. 1. C. de donat.* Quia traditio hic nihil aliud est, quam ipsa liberatio. *l. si mulier. ff. de condict. ob causam. l. si sponsalibus. §. 1. ff. de jur. dot. l. sub pretextu. C. de transact. Treutl. disp. 6. vol. 1. th. 3. lit. B. ibiq. Bachov. Vid. Dan. Moller. part. Constit. Elect. 19. n. 30. Gail. 2. observ. 37. num. 6.*

CXIX. Ad formam probationis etiam pertinet, ut illa post litem contestatam proponatur. *tot. tit. extr. ut lit. non contest.* quia

per litis contestationem scire quis potest, utrum reus suam intentionem negaturus vel confessurus sit. *l. 1. C. de lit. contest.* Intelligimus autem hic probationem judicialem, quæ versatur in iudicio, secus de extrajudiciali, nam ubi nulla lis est, ibi nulla ejus contestatio. *Wes. Parat. ff. hic. n. 9. Treutl. th. 6. lit. A. Umm. disp. 15. n. 22.*

CXIX. Et intra terminum à jure concessum. *Treutl. d. loc.* qui jure communi, ad probandum à iudice partibus est præfixendus, *l. oratione. 7. l. in pecuniariis. 10. ff. de feriis. cap. causam. 14. extr. de probat.* Jure tamen nostro Saxon. est præfinitus videl. sex septimanæ & dies tres, quæ vocantur Sächsische Frist. *Landr. lib. 1. art. 67. Gezeugnis soll man in sechs Wochen vollkommen / daß sich ein Mann anmaßt. Weichbild art. 75. Wird einem Mann ein Gezeugnis ertheilet mit rechten Urtheil vor Gericht / vnd in gehegtem Beding / des hat er frist drey vierzehnen Tage. & art. 86. Mag ein Mann seiner Gezeugen zu hand nicht haben / er gewinnet frist drey vierzehnen Tage / das sind sechs Wochen vnd drey Tage. Vid. Dan. Moller. in Constit. Elect. part. 1. tit. 16. n. 1.* Et datur tam actori quam reo. Actori ad probandum intentionem suam, ea probatione completa datur quoque reo ad fundandam exceptionem. *per l. siquidem 9. C. de except. l. 9. C. de probat. Wesemb. d. loc.*

CXX. Terminus autem hic licet sit peremptorius, à iudice tamen prorogari potest, quod usus nostratum iudiciorum observat, ita ut hic terminus partibus petentibus ex justa causa non tantum duplicetur, sed interdum triplicetur & quadruplicetur, prout notat *gl. art. 67. Landr. à verb. Klager man vmb Dingericht. Fachs. differ. jur. civ. & Saxon. 51. pag. 188.* Quod & de jure civili verum est. *ultra tertiam. 55. extr. de testibus l. oratione. 7. ff. de fer. c. quod ad consultationem. 15. extr. de sent. & re jud. Geil. 1. obs. 53. n. 10. l. 31. nu. 13. per l. 1. C. de dilat. vid. Dan. Moller. in Constit. Elect. part. 1. tit. 16. n. 5. & seqq.*

CXXI. Quid dicendum de dilatoris exceptionibus? Hæ duplicis sunt generis, quædam iudicii dilatoris, quæ ipsum iudicium & processum differunt. Quædam intentionis, quæ non ipsum iudicium, sed intentionem duntaxat & petitionem differunt. Illæ ante litem contestatam proponendæ sunt, uti est declinatoria fori, *l. fin. C. de Except. Procuratoria. l. licet 24. C. de procur. quod enim iudicium & processum differt, illud quoque ante illum proponere necesse*

necesse est. Hæ vero post litem contestatam, per l. 19. C. de probat.
Trentler. d. loc. Wesemb. in Parat. ff. de Except. n. 7. & 10. Myns. 1. obs. 24.

CXXII. EFFECTUS probationis est, quod Judex secundum legitimè probata sententiam dicere tenetur. l. si inferiorem. 2. l. domum. 5. C. de rei vind. l. argentarius. 10. S. 3. ff. de Edendo. l. illicitas. 6. S. 1. de offic. presid. aliàs enim litem facit suam, & in id, quanti interest, tenetur. d. l. 10. Wesemb. hic. n. 10. Probata hic nobis sunt, quæ non sunt contra Judicis conscientiam, alias aliud esset dicendum. q̄ tamen nostri instituti hic non est. Videri tamen potest Mascard. concl. 949. Tr. volum. 1. disp. 12. th. 14. ibiq̄. Bachov. Herman. Göchhausen. questio. Acad. part. 2. pericul. 5. q. 29. D. Ungepaur. Exerc. Justin. 16. quest. 5. Excellentiss. Dn. D. Dom. Arumeus Præceptor & Patronus meus omni honoris cultu prosequendus disp. 1. ff. q. 24. Pil. Modicensis questio. jurid. quest. 108. pag. (mihi) 65. Rosfredus Beneventanus in questionib. Sabbatinis 51. n. 4. pag. (mihi) 240.

CXXIII. Finis est, super re, inter litigantes controversa judici fidem facere. l. 12. ff. de probat. Probationes enim suscipiuntur, ut judici de rei hæctenus controversæ veritate constare possit, & non parti, cui fortassè nunquam satis probaretur, Judex enim arbitrari debet, quid & quantum probationibus attribuendum sit, per l. 3. S. 1. ff. de testib. Wesemb. d. n. 80.

DE PRÆSUMTIONIBUS.

CXXIV. Absolutis speciebus probationum inartificialibus, institutum nostrum requirit, ut paucis de probatione artificiali, præsumptione agamus. Licet autem ea accuratè loquendo ab onere probandi relevet, quàm directè probet, ut loquitur Rosbach. prax. civ. tit. 64. pr. Ratione tamen effectus pro probatione habetur. l. licet Imperator. 74. de legat. 1. l. siye 16. C. de probat. cap. litteras. & t. t. extr. de præsumpt. Wesemb. in Parat. ff. h. t. n. 10. Bachov. ad Treutl. disp. 4. vol. 1. th. 3. lit. A.

CXXV. Est autem præsumptio conjectura probabilis, de rebus dubiis collecta, ex argumentis per rerum circumstantias frequenter eminentibus. Mascard. quest. 10. n. 8. Rosb. d. loc. n. 1. Præsumere significat aliquid conjectando sumere vel capere, donec de rei certitudine & veritate constat. Wesemb. & Mascard. dd. loc. Præsum-

tio interdum dicitur suspicio per *l. ult. ff. de quest. Conjectura. l. un. si tabb. testam. extab. l. 47. de donat. int. vir. & uxor. Mejer. Colleg. Argent. hic. n. 44.*

CXXVI. Præsumptio duplex est, alia legis, alia hominis. *Treutl. dict. disp. th. 10. Rosb. d. loc. n. 1.*

CXXVII. Legis, ubi lex ipsa aliquid præsumit. Per legem hic intelligimus non solum jus civile, sed etiam naturæ & gentium. Sic lege naturæ quilibet liber præsumitur, donec contrarium probetur, quia libertas est juris naturalis, & omnes homines nascuntur liberi *pr. Inst. de libert.* Jure gentium, qui rem aliquam ut suam possidet, istius rei dominus esse præsumitur, *arg. §. 4. Instit. de Interdict.*

CXXVIII. Hæc iterum duplex, vel juris est & de jure, vel juris tantum. *Treutl. d. loc. Wesemb. hic. n. 14.*

CXXIX. Juris & de jure est, quæ ex argumentis & signis certis oritur, appellatur à Dd. necessaria & violenta *Rosb. d. t.* Exemplà jure passim sunt obvia in *l. antiquæ 23. C. ad SC. Vellej.* ibi mulier se obligans pro aliquo, & de obligatione instrumentum conficitur, & à tribus testibus consignatur, si deinde velit læsionem causari, non auditur, quia præsumitur eam ad obligationem deliberatè accessisse. *l. fin. C. arbitr. tut.* ubi non præsumitur majorem patrimonii pupilli quantitatem inventario inscripsisse. *l. fin. in f. C. ad SC. Macedon.* ibi miles in aliud quicquā non creditur, nisi in causas Castrenses. Sic adulteriū satis probatur, si quis solus & nud⁹ cum aliena uxore sola & nuda in uno lecto jacere visus fuerit. *c. 12. extr. de præsumpt. & ex copula carnali cum sponsa de futuro omninò præsumitur purum matrimonium cap. 30. de sponsal. cap. 6. de condit. appof. Bachov. ad Treutler. d. loc. Wesemb. Treutl. d. l.*

CXXX. Præsumptio juris, quæ ex signis probabilibus oritur, & hæc dicitur propriè præsumptio, quæ ab onere probandi relevat. *l. si ve possidetis. 16. C. de probat.* quandiu contrarium non apparet. *Wesemb. n. 14. Rosb. d. loc. n. 4. E. G.* quilibet præsumitur sanæ mentis non furiosus. *l. 5. C. de codic.* In parentibus præsumitur *50924* & naturalis affectio. *l. 8. in fin. ff. quod met. caus.* Unde Salomon infantis vivi matrem eam credebat, quæ ipsum volebat secari. *1. Reg. 3. cap. 2. de præsumpt.* Sic si mater cum filio impubere simul naufragio perierint,

perierint, præsumitur infantem, & teneræ ætatis imbecillitatem
prius aquis obrutum esse. l. 23. ff. de rebus dubiis & c.

CXXXI. Præsumptio hominis est, quæ fit ab homine, &
lege comprehensa non est, hæc modica & levis appellari solet.
Wesemb. dict. loc. per hominem hic intelligimus iudicem, qui
tanquam vir bonus in casibus à lege non præsumptis ex veritate
gestorum præsumit. Rosb. d. t. n. 5. Bachov. ad Treutl. th. 10. lit. C. Et
tantum hac vice.

DEO MAXIMO SIT LAUS, HONOR
ET GLORIA.

Ad Præstantissimum Dn. Respondentem,
agnatum suum plurimum dilectum.

Pieridum SAYFARTE decus Themidosq; sacrata,
Quem propior sanguis mihi glutine junxit amico,
Quàm mihi quàm volupe est, quòd te vestigia cerno
Clara sequi, RAUCHBAR, quæ pressit avunculus olim!
Nec dubito quin sacra Themis sit digna datura
Præmia, sitq; tuo capiti impositura coronam.

honoris & amoris ergò
deproperabat

Job. Gerhard D.

Excipe versiculos, veluti SEIFFARTE, petiisti,
Et rerum & metri conditione leves.
Quem bene quemq; diu privatim exercuit usus,
Publica jam tentant pulpita, eumq; probant.
Inde tibi obviant meriti pro pondere porro
Palladis & Veneris præmia digna, precor.

deprop.

Valentinus Riemer D.

Præstan-

Præstantissimo & Literatissimo
Dn. JACOBO SEYFFARTO, Jurium Pro-
lytæ eximio, Favitori & Amico suo plur. dilecto,
publicè de Probationibus disputaturo.


Quid valeat, quidnam de Jure Probatio quevis
Postulet, egregiâ discutis ecce manu!
Sic bene: Sic Genii dotes limabis, & acris
Ingenii vires ritè probabis ovans!
Sic Te Doctorum plausus, Te vota sequentur
Fausta; Themis capiti splendida ferta dabit.
gratulabundus adponebat

Ortolphus Foman, Junior,
D. & Prof.

F I N I S.









ULB Halle
005 132 649

3



V017







B.I.G.

Farbkarte #13

03.

35.

19

GENERALIS
ERIAE
TORIAE.

1631, 3

M. A.

NOBILISSIMI ET
TATIS JURIDICAE
GII
ESIDIO

Illustriſſimiq; Viri

TINI RIE.
P. P. Scabinatus Ad-
s & Promotoris sui omni
pl. colendi.

disquisitioni
IT

QUEDLINBUR.

A X O.

anuarii

horis consuetis

xxi,

Æ

TEINMANNI.

36.

